Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ipsum obserua ieiunium. usque in sancti
spiritus descensum. ab inde quidem fe
riarum persolue dies solitas ut prius
solebas. donec compleas dierum nu
merum quo meum celebres festum
eisdem ieiuniorum diebus psalmis decan
tatis pro qualitate possibilitatis. quod
dum compleueris memoriale meum tibi
relinquo. His ita diffinitis et aliis
ut iam dixi mirabilioribus quibus
littera subducitur. quia fides apud il
lam minus non astruitur. aurora cursus
peregerit. et sol radios aduexerit. Luce
plures aduenere que dudum per quam
libet necessariam corporis admini
strationem affuere. nec fidem rei
adtribuentes. quedam inter se fuerant
musitantes. quod diuine non fuerat
aptum concordie. ut edocuit euentus
cause. Nam inter uerba dissidii. con
cussa tremore grandi. proloquitur uo
ce lacrimabili. Adsunt quidam
ignoti ueluti quidam legati. uolen
tes me abducere in remotiora. quam
hinc non expedit mora. Que dicta co
mitantur acta. et mox anima resolu
ta. iacuit uelut mortua. Hec eccle
que prius ui institerat uidentes atro
cius iram intendentes. iussu mina
ci destinauerit educi. et plagis mul
tis uapulare. Tum modo mirabili
cerneres cadauer erectum in plantas.
ita membratim irriguisse. ut in nul
lam partem moueri potuisset. donec
sic rigidum sago inuectum. ecclesia e
uectum cuidam cubiculo est importa
tum. Ibi itaque per totum illud diei spa
cium. hec quam diximus solerti ob
seruata custodia. sensu corporali
prorsus extranea. contemplatione spi
ritalium plenius exhilarata in totum
nichil ex his quibus concessum est
inter esse. ex tunc licuit referre.
quod utique peccatis exigentibus actum
esse credimus. tam pro dissidencia. quam
illarum que inter fuerunt diffidencia.
Verum per totum illud spacium diei
sororibus circumsedentibus. et exitum
eius prestolantibus die ad uesperascente.
at sole ad occasum uergente. pul
sato signo uespertino. omnibus ecclesiam
adeuntibus. uigiliasque solito mo
re celebrantibus. sola illic cum uine
cula remanebat. que illi magi
strali cura prestabat. Sed enim ultimo
sonato uespere campana utique re
ducta. que corpore erat educta sub
obtentu memorie qua nocte pri
ori officio debuerat interesse ma
tutinali subito exiliuit. caligas
tum summa festinantia quesiuit.
Sed presentibus quo uellet requirentibus
ipsa infit. Audito campano ma
tutinum adire habeo. ubi in respon
sorium ad cantandum est breuiatum. cuius
cura si exciderit. commarculi auste
ritas dure me flagellabit. Illis
uero morantibus hec adiciebat. Ut
quid horrescunt tenebre. cum semper
soleat hic lumen ardere. Lumi
naria afferte calciamenta prebete.
basilicam accedere sinite. Enimuero
illa que eam obseruabat sollertia
summa lacrimans referebat ad
ista. Non ut arbitraris filia noc
turnalis te obcecat umbra. cum sit
diei hora clara. Sed manus domi
ni iudicio te corripuit grauiter. ui
su utique oculorum carebis. Contra
que illa nulla animi amaritu